

Johann Helwig Willemer    Kaspar Naymer


**[...] Deus Optima Fidelium Portio Ex Psalmi LXXIII. Comm: 25. 26.  
Propositionibus Philologicis monstrata**

Wittebergae: Henckelius, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747237603>

Druck    Freier  Zugang






27

73.

*Fa-1092(73.)*





בעהקק: Syllabus eorum.

Qve

Tomus hie. IV. Continentur.

- I. Antonii Aulsi Theologia Judaica.
- II. Oleani Synopsis Errorum Pontificiorum.
- III. Eundem Syn. Errorum Calvinianorum.
- IV. Eundem Syn. Errorum Arminianorum.
- V. D. Scherferi Theses Anti-Syncretisticae.
- VI. Czerlinsky Praef. D. Alabich horstius Actare Gideonis ad Jud. VI. 24.
- VII. M. Willemeri וילימרי על פ. LXXIII, 25. ab.
- VIII. )
- IX. ) M. Gerhard Mejer משה של זרעו על יסאי. LIII, 10.
- X. )
- XI. )
- XII. ) M. Daffoni Rabbimong Philol. Sac. Annullans ad Jerem. XXXIII, 5. 6.
- XIII. )
- XIV. M. Willemeri Flores Annotados ad Cap. XI, 7.
- XV. Dr. Hollbergii Sapientia a libere justificata, Matt. XI, 19.
- XVI. Dr. Schurfleisch. Johannes Epistola Jac. XVII. Idē. de Nolus
- XVII. M. Rentschij Praefide D. Meisner de Capernaismo.
- XVIII. M. Tentschij Praef. Dr. Arelbergia de Profecibus Judeorum. Act. XVI, 13.
- XIX. M. Aronmeyer. Praef. Seb. Schmidio ad Rom. I, 16.
- XX. Schurfleischii Euphemismus Paulini.
- XXI. M. Weihenmayerg de Anathematismo Paulino. (Cor. XVI, 22.
- XXII. Jacobi Leontomij de Pratore & Pratoris ad Phil. I, 13.
- XXIII. Eundem altera.
- XXIV. Kochii Sub Praesidio D. Bajeri de Affectantibus Parochiam (Tim. III, 1.
- XXV. M. Storrij Praefide Carpovis Petrafidei. ex 1 Pet. I, 19. 20. 21.
- XXVI. Dr. Maji de Inspiratione Scripturae S.
- XXVII. D. Joh. Fausti de Gloria Incomprehensibilis Script. S.
- XXVIII. M. Reinhardi קרי וכו' כ הנהגות.
- XXIX. Dr. Sennerti de Origine Linguae Hebraeae.
- XXX. D. Welleri ושל הקשר.
- XXXI. Schurfleisch Philologomata Miscella.
- XXXII. M. Beck Ufus Phylacteriorum Judaicorum.
- XXXIII. Jacobi Rheinfeld Arminianorum Oligus ad vix de Capris.

Handwritten text in a medieval script, likely Gothic or similar, arranged in columns. The text is heavily faded and obscured by large, irregular water stains, particularly in the upper right and central areas. The right margin contains a vertical list of Roman numerals from I to XXIII, which appear to be a table of contents or a list of entries. The left edge of the page shows the binding of the book, with a metal clasp or support visible.

VII.  
Q. D. B. V.

הלך תטוב

DEUS OPTIMA FI-  
DELIIUM PORTIO

EX PSALMI LXXIII.

Comm: 25. 26.

Propositionibus Philologicis

monstrata,

Quas

In Disputatione Publica

PRÆSIDE

M. JO. HELVICO WILLEMERO,

Mœno Francofurtano,

asseret

RESPONDENS

CASPARIUS NAYMER /

Ratisbonensis.

A. Æ. V. M. DC. LXXIX.

Ad Diem X. Septembris, hor. matur.

In Auditor. Veteri



WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.

29.

27.

26.

25.

24.

10.2.

11.2.1.

12.0.

19.

13.

14.

15.

16.

VIRIS  
Nobilitatis, Religionis, Doctrinæ atq; Prudentiæ  
Famâ inclutis

DN. JOHANNI JACOBO SCHÜTZ/  
J. U. Doctori & Causarum Patrono Celeberrimo,

DN. JOHANNI RYSCHE / ut &  
DN. JEREMIE BERNER /

Inclyto Senatui Illustrissimæ Francofurti ad Mœnum Rei p  
ab officiis publicis optimè meritis,

DNN. PATRONIS ET FAUTORIBUS SUIB

debitâ animi observantiâ et atem colendis dat, dicat,

consecrat, optimaq; vota nuncupat

M. JOHANNES HELVICUS WILLEMER.

nam tanto Prasule vocem emisit Cosmas Constantinopolitanus, Episcopus, in  
Exilium migrare jussus ministro suo injungens: Tolle Psalterium, & sequere  
me. Sat rerum atq; librorum habere sese judicabat, ubi Psalterium haberet omnis  
consolationis promptuarium, totius Scripturae & Theologiae compendium, juventutis  
ornamentum atq; senectutis solatium. Idem de Psalmorum dignitate & utilitate ar-  
gumentum post Theandrum, peculiari & auro contra barbari tractatu B. Gesne-  
rus noster accuratè est persecutus. Quod utinam l'ipso vitæ usu magis exprimerent,  
quàm verbis deprecarent multi, atq; consignatos à Spiritu S. hymnos & depre-  
cationes facerent perpetuam suarum ad Deum precum atq; laudum materiam,  
tum fidelium catus & fortiores in seriis precibus athletas, & magis gloriosos habe-  
ret victores in iis, quibuscum consistatur, arumnis. Ita in hymnis cum Josapha-  
to robur Dei cerneret, in robore div. veram consolationem perciperet, in consolatione  
DEUM teneret, nec cum Jacobo ante benedictionem dimitteret sed cum Asapho cæli  
terraque bonis prepositum firmissime sibi teneret. Quod quæ sit fierig, d. beat,  
ex communi medica animarum officina cognoscemus, saxit Numen benignissimum fe-  
liciter! Vos autem, PATRONI PLURIMUM HONORANDI, hujus insti: uti  
longè pulcherrimi cum testes dudum habeam consentientes atq; fidelissimos in difficili  
isthoc itinere comites, isto sigillatim argumentò compellare voluit, quod volis re-  
etissimè vestigiis Cosma insistentibus in summis semper deliciis & loco individui comi-  
tis fuisse experiendo cognovi. Id ut ab animo Vestri observantissimo profectum ju-  
dicetis rogo quæsoq;. Ita Numen benignissimum s' stat conserveat, Vos Reipubli. a, in-  
primis sacra, diu multumq; salutare, μὲν θεῶν χορηγίας καὶ ὄλας θεοειδῆς!



עמי עשו

ΑΕΥ παθων ημω προσωπια.



*Extus Authenticus* : **מִן** לִּי בְשֵׁמִים

וְעַמִּי לֹא חָפְצָה כְּאֶרֶץ : פֶּלַח שְׂאֵרָה וּלְבָבִי  
צוּר לִבִּי וְחֻלְקֵי אֱלֹהִים לְעוֹלָם :

*Chald.* מִן טוֹהַר דְּיִלְדֵי קְשִׁמְיָה אֵלֵּא אֵת רַעְמִי

חֲבֵרָה לֹא צִבְתִּי בְּאֶרֶץ : אֲשֶׁר־צִוָּה גּוֹשְׁטִי וּלְבָבִי  
תְּקִיפָה דְּבַחֲנִי לְבָבִי וְחֻלְקֵי אֱלֹהִים לְעֹלָמָה :

Qvis similis tui, qui meus es in caelo, in terra? proinde tecum  
socium non volui in terra. Consumptum est corpus meum &  
sicut meum: fortis est qui probat cor meum, & pars mea Deus in  
aeternum.

*Syr.* מִן לִּי בְשֵׁמִים

וְעַמִּי לֹא חָפְצָה כְּאֶרֶץ : פֶּלַח שְׂאֵרָה וּלְבָבִי

צוּר לִבִּי וְחֻלְקֵי אֱלֹהִים לְעוֹלָם :

מִן טוֹהַר דְּיִלְדֵי קְשִׁמְיָה אֵלֵּא אֵת רַעְמִי

חֲבֵרָה לֹא צִבְתִּי בְּאֶרֶץ : אֲשֶׁר־צִוָּה גּוֹשְׁטִי וּלְבָבִי

Quid

29.

27.

26.

25.

34.

10.2.

11.21.

12.0.

19.

13.

14.

15.

16.

Quid est mihi in caelo tecum, & quid optavi in terra, ut apprehenderis manum meam dexteram, Et consumptum sit cor meum & caro mea, ac robur cordis mei? Portio mea in DEO est in sempiternum.

LXX. Interpp: Τι γὰρ μοι παρὰ τὰ ἄνω, καὶ τί ἐστὶν ἡ δέξις σου ἐν τῇ γῆ; ἐξέλιπεν ἡ καρδία μου καὶ ἡ σὰρξ μου, ὁ θεὸς τῆς καρδίας μου, καὶ ἡ μέρις μου ὁ θεὸς ἐν τῷ αἰῶνα. Quid enim mihi est in caelo? & a te quid volui super terram? defecit cor meum & caro mei: Deus cordis mei, & pars mea DEUS in aeternum.

Vulgata Latina ex ista LXX. est desumpta, eidemque hic exacte respondet, nisi quod vocem carnis praemittat vocabulo cordis.

B. Lutherus Paraphrasi Vinariensium illustratus: Wenn ich (O allerliebster Heyland) nur dich habe / (wenn ich deiner Gnad und Beywohnung in meinem Herzen versichert bin) so frage ich nichts nach Himmel und Erden (auch nichts nach allen Creaturen in denselben / welche meine Seele durchaus nicht sättigen / stillen / beruhigen / noch das höchste erwünschte Gut der ewigen Seeligkeit mir geben können: Sondern du / du / mein getreuer Erlöser kannst dieses allein thun) Wenn mir gleich Leib und Seel verschmacht / (wenn ich neben vielfältiger Traurigkeit der Seele Jammer und Elend / auch endlich in Todes-Angst komme) so bist du doch / Gott / allezeit meines Herzens Trost (mein starker Fels des Heils / darauff ich mich im Leben und Tode wider alle Höllen-Pforten gründen kan Matth. 16. 18) und mein Theil (im Lande der Lebendigen / Ps. 14. / 6. mein köstliches Erbtheil in Hüthlicher Freud und Seeligkeit / welches ich alle dem weit vorziehe / was die Gottlosen zu ihre Theil in der Welt empfangen Luc. 16. 25. Ich habe das beste Theil erwehlet / das soll in Ewigkeit von mir nicht genommen werden)

Lutherus

*Lutherus* in Translatione prima a. 1524. Witteb. ed.  
 Wen hab ich ym Hymel? und auff erden gefället myr nichts  
 wenn ich bey dyr byn. Meyn fleisch und meyn Herz ist ver-  
 schmachet/ Gott ist meyns herren hert und meyn teyl ewiglich.

I. Loquitur hic Asaph. suo & Davidis nomine. Uterque  
 autem in hymnis conscribendis peculiari instinctu divino ga-  
 visus est: nec ullum de authentica istorum auctoritate de-  
 bet esse dubium.

Eaque Asaphum, ejusque præclare gesta concernunt, con-  
 venienti ordine licet cognoscere ex *D. Gejeri Tom. I. in Psal. pag.*  
*994.* Cui ob Kofach tarum exemplum & primarium literæ h signi-  
 ficatum non improbanda videtur sententia B. Höpffneri de  
 Davide, hujus etiam Psalmi Autore secundario. Nos hanc satis  
 antiquam intricatissimamque controversiam hic missam faci-  
 mus: cum summa jam ingenia in eadem decidenda satis labo-  
 rasse intelligamus. Merentur de nobili isto sacratoris Philo-  
 logia argumento legi B. Dorscheus *Pentad. Disp. XII. S. 35. seqq.*  
*p. 407.* B. Gerhardus *Exegesi L. de Script. § 141. Tom. I. LL. p. 58 b.*  
*Harm. Ev. c. 157. p. 522. a.* D. Calovius *Tom. I. Bibl. illustr. p. 930. a. 1062.*  
*b.* B. Waltherus *Centur. Miscell. p. 521.* Nec non D. Rivetus *prol.*  
*in Psal. p. 14.* Polus *Vol. II. Synops. Crit. c. 478. l. 58.* Henr. Möllerus  
*prælect. in Psal. p. 411. a. 629. a.* Hottingerus *Thes. phil. p. 495.* Drusus  
*quæst. per epist. p. 30. 35.* Gatakerus *Cinni p. 118.* Ut & Sixtus Se-  
 nenf. *lib. I. Biblioth. Possévinus lib. II. B. bl. c. 77.* Morinus *exerc.*  
*bibl. p. 273.* Bonfrerius *in prælog. ad Script. S. c. 7. p. 26.* inpr. Lori-  
 nus *proleg. in Psal. rom. l. c. 2. in Act. Apost. p. 50.* & in peculiari  
 scripto anno 1541. de hac materia edito Alexander Alexius. Rectè  
 de Jobi libro Gregorius M. *Cum rem cognoscimus, qui scriptorem*  
*querimus. quid aliud agimus, nisi legentes literas de calamo satagi-*  
*mus? Theodoretus verò ausus est dicere: Quid meâ refert, hujus*  
*(Davidis Psalmi) omnes, an illorum nonnulli sint, cum universos*  
*Spiritus S. afflatu conscriptos fuisse compertum sit? Equidem & Ri-*  
*vetus asserit, de a. v. Septuaginta Psalmorum nunquam in Ecclesia dubita-*  
*tum esse: verum hujus contrarium exemplò Nicolaitarum, Sa-*  
*mosateni ac Gnosticorum monstrat profligatque B. Gerhardus*  
*Exeges.*

29.

27.

26.

25.

10. 22.

11. 21.

12. 20.

19.

13.

14.

15.

16.

Exeges. de Script. §. 144. t. I. LL. p. 59. b. Nobis hic jam sufficit, Asaphum dici אֶסָפִי 2. Paral. 29. 30. Videntem illum sive Prophetam insignem, divinò Spiritu afflatum.

II. Peritura improborum bona sibi negligenda rectè duxit Psaltes; omnia verò consilia bene beatèque vivendi ac rectè faciendi ad solum DEUM retulit. Hunc sibi auctorem Ducemque elegit, & ex omnibus expetendis rebus, ut summum maximumque bonum, solum sibi DEUM amandum sumsit. Hic enim *optima fidelium portio*: omnis mali expers, ac infinita in se bona continens, omnes animi sensus mirà suavitate perfundens: ab ipsa quippe DEI inexhausta bonitate profecta, Christi que meritò ac precibus impetrata; nobis in verbo oblata, fidei que apprehensione possessa, atque æternum sine ullo amittendi metu in lætissima quorumvis bonorum ubertate tenenda.

III. Designat verò sigillatim David nomine cæli terræque totum hoc Universum, atque cum istud, tum suas etiam vires admodum exiguas expendit, ac istis omnibus cum DEO diligenter collatis, apud animum suum statuit, unicum firmissimumque sui præsidium in amando solo DEO verà fide querendum.

IV. Primum inter DEI opera cælum primo loco considerat Asaph, usus memorabili interrogatione מִי לִי בַשָּׁמַיִם  
*quis mihi in caelis?* Nullus mihi in amplissima cæli machina spatiosissimoque siderum receptaculo esse potest locò petræ seu firmi, cui innitat, præsidii; vice partis ex hæreditate amœnissimæ æternumque sufficientis, aut argumentum etiam amoris gaudique veri, in omne ævum duraturi. Nullus omninò datur in toto, quem vocant, superiori mundo, qui exoptatum mihi desiderium, desideratam sæpius opem, opulentam adèd hæreditatem ferre possit & conferre. Cùm nec ullus in cœlesti felicitate angelus, nec ulla alia, utur formosissima, in cœlo creatura meum explere desiderium, res confirmare nutantes, aut restituere ablatas, pari atque Tu, DEUS gloriosissime, potentia possit, simili que satis promptâ benignitate velit.

Nota

Nota satis, pluribusq; lingvis communis est interrogationis vis significandi negativè, quòd conf. B. Glasius *phil. S. Lib. IV. tr. 1. p. 645. (845.) Lib. V. tr. 2. c. 5. p. 553. (1448.)* Quæ tamen negatio præfixos sibi limites hîc agnoscit. Nec enim omne omninò auxilium constitutis sive in cœlo stellis, sive in beatitudine angelis hîc denegatur; sed summum solùm, quod à seipsis eodem cum DEO modo habere finguntur. Sua enim certa & grata satis ministeria angeli pariter atqve aliæ cœlestes creaturæ nobis quotidiè præstant.

V. Interrogandi vox penès Ebræos מִי est, adhibeturq; propriè de persona, perinde ut Latinorum quis? quisnam? 1. Sam. 12, 3. c. 25, 10.

Rectissimè igitur Chaldæus per מִי, Junius & Tremellius per quis reddiderunt. Cum quibus etiam in prima Translatione B. Lætherus faciebat: *Wen hab ich im Himmel?* LXX Græci & hos secutus Interpres Latinus Vulgatus, Arabs, Æthiops, ut & Syrus aliq; voculam מִי, ut interrogativum rei hîc sumunt, intelliguntq; primariò de rebus in cœlo creatis quibuscunqve. Sed ita מִי pro מִיחָ poni falsò existimant: cùm מִי in Scriptura S. nunquam nisi de persona dicatur; juxta illud R. Dav. Kimchi in ספר ורכלל שלא תמצא מי כי אם שורשים f. 69. c. 1. edit: Veneta על הוי מדבר *Nunquam invenies מי, nisi de persona dictum.* Non desunt tamen, qui מִי in sensu optandi hîc sumant, ut Henr. Mollerus prælect. in h. l. p. 640. *Oratio, inquit, est optantis, qualis illa 2. Sam. 23. 15. & Ps. 4. 7. qui versus planè cum hoc congruit. Ita igitur resolvenda est oratio: Quis mihi det, ut sim in cœlo & cœlestibus bonis perfrui possim?* Consentit R. Jac. Abendana spicil. ad h. l. ויתכן לפרשו ברו חסרון ופירושו מי יהן לו היותי בשמים עמך כי לא הפצתי כארץ *Potest exponi sine defectu, eo sensu: utinam apud te in cœlo essem! terram enim nullus desidero.* Verùm primaria interrogandi significatio hîc retinenda: secundarius optandi sensus particula מִי in Exod. 16, 3. 2. Sam. 15, 4. c. 23, 15. Psal. 4, 7. Pl. 14, 7. aliisq; locis paucioribus post sequens verbum concessus, hîc ob adjectum לִי & subintelligendum הפץ negatur. R. Abendana negat quidem aliquem in oratione defectum, ipse tamen addit יהן להיותי, inde accentus athnach vim distinguendi non attendit,

29.

27.

26.

25.

10. 22.

11. 21.

12. 20.

19.

13.

14.

15.

16.

ex altero hemistichio vocem מר huc trahit, ibidemq; ꝛ sine ratio-  
ne negligit, & cœlum gloriae intelligit.

VI. Qux priori jungitur vox ꝛ significationem satis præ-  
gnantem habet. Primario quidem ut aliàs sæpius, ita hîc quo-  
que mihi denotat, referturq; ad personam Psaltis, & cujuscun-  
que fidelis. Postmodum verò ꝛ seorsim consideratum vel in-  
fert commodum, & notat pro, quis pro me sive in mei com-  
modum in cœlo? vel designat auxilium, hoc sensu, quis me-  
cum, quis meus opitulator in cœlo?

De ꝛ commodi significato pronunciat rectè Flacius P. II.  
Clav. Script. col. 268. Dativo ejusmodi significatur aliquid in ali-  
cujus commodum, gratiam; aut damnum vel odium fieri. Quod  
sequentia Scripturæ loca confirmant Genes. 23, 8. Exod. 14, 25. c. 18.  
v. ult. Num. 25, 13. Jos. 7, 10. c. 10, 14. Jud. 6, 31. 2. Sam. 16, 20. c. 20, 6.  
Job. 7, 3. c. 12, 11. Psalm. 80, 7. Pl. 120, 6. Pl. 122, 3, 4. Pl. 144, 2. Prov. 31, 8.  
Cant. 1, 8. c. 2, 10. c. 4, 6. Jel. 31, 8. Jer. 15, 8. Ezech. 37, 11. Hof. 8, 9. Mich.  
1, 11. c. 2, 6. 11. Zach. 9, 9. Auxilium verò denotat ꝛ in sequentibus  
Scripturæ locis Genes. 31, 42. Pl. 56, 10. Pl. 118, 6. Pl. 124, 1, 2. Cantic.  
6, 3. Malè tamen scrutiniò & desiderio legis div. se in cœlis ali-  
quem pro se interpretem angelum obtinere posse contendit, me-  
ritò bonæ actionis confusus, R. Abendana in Spiell. inqviens מי לי  
בעבורי בשמים מלאך מליץ כאשר עמך לא הפצתי בארץ  
כלומר שאם לא אחפץ כך וכתורתך בהיותי בארץ לי  
אמצא מליץ טוב בערי בשמים:

VII. Suprema orbis hujus creati pars, alterò mundi die  
producta, aërem, aqvam atqve terram spatiosissimò ambitu  
suò complectens, hisq; divinò munere lucem & diversî generis  
operationes largissimè impertiens, stellas vastitatis immensæ,  
virium prorsus mirandarum, splendoris gloriosi, motûs velo-  
cissimi pariter ac ordinarii, durationis tandem constantissi-  
mæ in sese continens. Ebræis propriè שמים dicitur; ut aliàs  
pluribus demonstratum. Hîc verò præter atherem eâ voce aër  
simul intelligitur, adeoq; omne illud, quod in hoc Univerfo  
nomine ארץ sive globi, ut loqvuntur, terraqve non compre-  
henditur.

Gen-

Gentiles itaque solem, vel ipsum etiam Diabolum, adorent: multa mira; sibi aliisque; de reliquis etiam planetis & stellis, quas vocant, fixis certo certius polliceantur Astrologi: avium volatum ceteraque; sollicitè observent auspices aliiq; , naturæ arcana curiosus & sine divina directione scrutantes; fidelis firmam in perituris hisce fiduciam non collocat, nullam sine DEO opem inde sibi pollicetur, tantum abest, ut constanti in istud cælum amore propendere debeat. Sed nec in ipso gloriæ regno ullus sanctorum angelorum aut beatorum Cœlitum datur, qui sine æterni Numinis nutu aliquam fidelibus opem ferre possit, aut pari cum DEO fiduciam atque dilectionis cultu affici debeat. Quem postremum sensum rectissime etiam *Raschi* attendit, inquam: **מַלְאָךְ שֶׁכַּחֲרָתִי לֹא בַחֲרָתִי אֱלֹהֵי אֹתָךְ:**

VIII. Aliquem in ista oratione defectum omnes facile intelligunt; sed non eodem modo supplent. Rectissime eum ex ipso loci contextu eruunt, qui verba **חַפְצִי עִמָּךְ** huic etiam priori hemistichio inserunt: *Quis mihi in cælo tecum desiderabilis? cujus æquè ac tui desiderio tenerer? Quâ comparati vâ locutione magnam æterni Numinis corporumq; cœlestium disparitatem eleganter ostendit Asaph, quòd loco infra DEUM longè inferiori omnia in cœlis bona sint constituta, nec amorem nostri mereantur, nec positam in iis fiduciam firmiter conservent.*

Optimè *Aretius Feling in b. l. p. 400. Quis mihi in cœlis, subaudi, præter te arrideat?* Præiverat ex Ebræis felicissimè *R. Aben Esra & R. D. Kimchi Comm. in Ps. f. 54. b. edit. Isnenf. anno 1542. אֵין לִי חַפֵּץ כִּשְׁמֵי אֱלֹהִים כִּי כִבְעֵלֵי הָאֱמוּנוֹת הִרְעוּת יֵשׁ מֵאֱמוּנֵי כִשְׁמֵשׁ אֹךְ כִּאֲחֵד מֵהַכּוֹכָבִים וְאֲנִי אֵין לִי חַפֵּץ אֱלֹהִים כִּי לְבַר לִי שְׁמֵתִי לְךָ שׁוֹתֵף לֹא כִשְׁמוֹת וְלֹא כִאֲרֵץ*

*Non est mihi desiderium in cælo nisi tui. Quia inter infideles sunt, qui credant in solem aliamve stellam; Ego autem Tui solius desiderio reneor: neminem tibi socium adjunxi, sive in cælo, sive in terra. Eadem more suo sed concisius, indeq; obscurius, repetit R. Sal. ben Melech in ספר מַכְלֹל fol. 177. c. 4. Consentit Simeon de Muis in b. l., B. D. Wellerus atq; D. Gejerus. Chaldæus כּוֹתֵךְ אֱלֹהִים אֵת adjecit, quis sicut tu? qui meus es in cœlis, nisi tu? præter te? Theander*

29.

27.

26.

25.

23.

5.

10.22.

11.21.

12.20.

19.

13.

14.

15.

16.

verbum substantivum unà intelligit, sensu possidendi, *Wenn ich im Himmel?* Cum Chaldaeo faciunt Tremellius: quis mihi in caelis *prater te?* Quà exceptivâ propositione omnia in caelis constituta, velut creatori directè contradistincta, ab eo fiducia & dilectionis divinæ modo rectè excludunt.

IF

IX. Perspicuum nunc sensum habent, quæ in altero de terra hemistichio subjiciuntur. Nimirum nullâ in terris re æquè ac DEO sive cum DEO delectari sese proficitur fidelis, animi excelsissimi. Equidem vocem *אִתִּי* geminò vicissim sensu exponunt Interpretes Semel *אִתִּי* velut per accentum Dominum à sequente voce distinctum, simplici propriòq; sensu conjungendi sive comitatûs reddunt, & tecum, scilicet ubi constitutus fuero. Ubi tecum per fidem in spe, æternumq; in re firmiter conjunctus, & unus cum te Spiritus fuero, non desidero terram & bona terræ maxima. Aliter vocem *אִתִּי* cum *אֶתְרַחֵם* conjungere poterimus, istò satis convenienti sensu: terram terrenaq; bona, utut præstantissima, nequaquam tecum simul aut etiam æquè ac te, desidero, te solò verè summò Bonò contentus acquiesco: non simul tibi DEO & mammonæ ex acquisitione, possessione vel usurpatione injusto servio. Quia Christo cum Belialè, luci cum tenebris nulla est communicatio. Quin etiam terræ bona ad degendam hanc vitam necessaria, nequaquam eò desiderio expeto, quò Te tuaq; in verbo *אֶתְרַחֵם* beneficia. Hæc omnibus mundi thesauris antepono longissimè, conf. Matth. 10, 37. cap. 13, 44. 46. Luc. 14, 26.

Prima interpretatio ellipsis verbi substantivi frequentissimam supplet, atque B. Luthero in prima translatione placuit: *Wenn ich bey dir bin.* Postrema interpretatio sensum peculiarem exaqvandi particulæ *אִתִּי* continet, quo nonnunquam idem valet ac pariter, æquè ac. Quò conferenda sunt loca Jobi 9, 26. Ps. 120, 4. Ps. 143, 7. Cohel. 2, 16. c. 7, 11. Accedit huc Chaldaus reddens *אֶתְרַחֵם* *אֶתְרַחֵם*. Illa tamen sententia, quæ *אִתִּי* exclusivè sumit, & ab isto fidelis animæ desiderio ac amore omnes creaturas excludit, potior videtur, ut optimè Theander reddiderit:

MATTHAI HENCKELI

rit. *DEUM* / wenn ich nur dich hab / Te nimirum, quem nunc  
post superatam animi tentationem intelligo solum & esse & lar-  
giri nobis in univ[er]sum omnia.

X. Ipsummet desiderium significanti voce *אֲדַרְךָ* expri-  
mitur. Notat ea alias nonnunquam actum voluntatis simpli-  
cem, sine peculiari delectatione, i. Sam. 2, 25. Pl. 40, 7. Frequen-  
tissime tamen & proprie vehemens desiderium, propensionem  
intimam, complacentiam cordis, quietem animi iucundissi-  
mam affectumq; tenerrimum, quò interna amoris viscera in-  
timè commoventur erga rem amatam, puta Sponsam, Genes.  
34, 19. Deut. 21, 14. Esther. 2, 14. cap. 6, 6. Ies. 62, 4. gemmas Prov.  
3, 15. cap. 8, 11. Ies. 54, 12. ipsamq; legem divinam, Pl. 1, 2.

Esse autem *DEUM* fidelium sponsum, esse Christum unio-  
nem & gemmam pretiosissimam, alibi docetur.

XI. Flagrantissimum hunc affectum vocem David ter-  
renis denegat, adeoque ex oppositorum lege eleganter decla-  
rat, quòd extremum erga terrena fastidium, summam erga  
peritura mundi bona nausam, maximamq; eorundem dete-  
stationem, si cum *DEO* divinisq; conferat, animò concipiat.

Ea non quarit, appetit aut desiderat, sed penitus conte-  
mnit, averfatur, abominatur, et fragt nichte darnach / ut Me-  
galander indicat. Cognitus Philologorum canon: negatio con-  
trarii vehementius affirmat; quòd conf. B. Glasius *phil. Lib. III. tr. 3.*  
*c. 20. p. 286. (583.) tr. 5. c. 20. p. 480. (724.)* D. Geier *T. I. in Psal. p. 4.*  
*146. Medit. mort. T. II. p. 17. Tom. III. p. 68. Omnipres. div. p. 53.*  
Sigillatim de vi negandi cum verbo *אֲדַרְךָ* confer Deut. 21, 14. c. 25, 8.  
2. Sam. 15, 26. Pl. 109, 17.

XII. Fidelium itaque desiderium in solo *DEO* est desi-  
xum, nequaquam simul, multò minùs potissimum, omnium  
minimè solum in carnalibus, in caducis, sive, ut Asaph lo-  
quitur *אֲדַרְךָ*. Particula *אֲדַרְךָ* ad præcedens verbum *אֲדַרְךָ* tan-  
quam affectus sive *αετλιαστικόν* pertinet, jubetq; vocem *אֲדַרְךָ*  
penes Latinos in quarto casu effere, non desidero terram.

B 2

Exem-

29.

27.

26.

25.

10. 22.

11. 21.

12. 20.

19.

13.

14.

15.

16.

Exempla verbi ארץ cum ב eo sensu conjuncti habentur Gen. 34. 19. Num. 14. 9. 1. Sam. 18. 22. c. 19. 1. Qvi ב convertunt in, vocemq; ארץ latinè in sexto casu ordinant, naturam verborum affectûs negligunt, & defectum non necessarium vocis ארץ aut similis introducunt, reddentes: non desidero quicquam sive aliquid in terra.

XIII. Vox autem ארץ notat mundum, quem vocant, inferiorem; non orbem tantum habitabilem, ut ארץ; nec certam alicujus patriam regionem; aut quadam dicendi excellentiam Palaestinam, ut alias: sed integrum globum terrestrem, ex diversissimis cum regionibus, tum aquarum collectionibus constantem, a deoq; praeter humanum genus, innumeros terrâ mariq; thesauros, opificiaq; DEI praestantissima divino beneficio in sese continentem. Singula etenim in caelo & in terra, quocumque boni nomine veniant, si ad Summum Numen referantur, sunt velut aqua guttula ad mare profundissimum, velut nihilum ad magnum Pan illum, Sirac. 43. 29. aliquando suis omnia in omnibus gloriosè futurum. Cujus intuitu uti bona caeli terraq; nihil sunt, ita etiam a fidelibus nihili sunt, non expetuntur, quin contemnuntur prorsus ac abominanda habentur, si sine DEO, si invito summo rerum arbitro, si contra optimum Numen possideantur ab improbis possideantq; eosdem.

Talis est in terris indigena, eritq; in caelo profelytus, secundum illud Talmudicum Joma cap. 5. ab init. יציבה בארץ וגו'ר. בשמי שמיא Elegantissime bonorum ingenium similitudinibus depingit οὐκ ἐν ἀγῶνι Hülsemannus: Sicut cune formosissima non delectant infantem, sine matre lactante; non palatium viduam, mortuo marito; non caecum arx aurea, absente lumine; non cibi corpus, absente anima: ita nec orbis pium, sine DEO. Vocem ארץ aliter explicat R. Dav. Kimchi ad h. l. כי ירבע יסודות. כי יש עובדים המים. וכן רוח ודעפר Per ארץ intelligit quatuor elementa. Sunt enim qui colant aquam, aërem atq; terram. Plura complectitur h. l. ארץ à caelo distinctum, ut si cum caelo jungatur, universa mundi bona atque opera inferat, non exclusis opibus, hono.

honoribus, amicorum consiliis & quibuscunque aliis hominum in terra praesidiis. Ea singula fidelis non desiderat, ut minime removeantur sola terrestria, quibus stultae gentilitas divinitatem affinxit, idola. Breviter, crassiores tantum fallorum Numinum cultum, non subtiliorem illum multiplicem reprehendit Rabbini.

XIV. Ab externis mundi bonis, ad charissimam homini vitam propriamque sui corpus, bona arctissimò sibi nexu conjuncta, Psaltes progreditur. Nec ista quicquam valent, DEUM si respiciat fidelis. Nec ista DEO solum amando proponenda; quin potius, ubi DEO vitæ necisque arbitro, visum fuerit, lubentissimò animò in morte relinqvenda. *Χλαύ-  
λα ἐξ ἑαυτοῦ ὀφείλει.* Non solum honorem proprium fugere, amorem sui nimium declinare, voluntatem DEO repugnantem compescere; sed ipsam etiam vitam pro Christo, pro fratribus profundere decet fideles. Utur corporis vires frangantur, animi vigor deficiat, ipsaque mors membra multiplici miseria ac ægritudine confecta, feretro ac sepulchro imponat & in pulverem redigi permittat; firma tamen fidelium in firmissima petra, Christo, fiducia manet, lætissima eos caelestis hereditatis portio manet. Ab isto in quacunq; fortuna firmissima sibi praesidia petunt & ornamenta pulcherrima expectant.

XV. Hæc in suis veluti partibus aliquantò penitius cognituri, insistimus vestigiis ab Asapho nobis relictis. Is verò monstrat primum *gravissimam sui afflictionem*, deinde *firmissimum DEI praesidium*. Afflictionem vocat *consumtionem*, cum universi corporis, tum sigillatim cordis. Cum magna sui incrementa, eximium corporis robur & faciei decus videant ostentantque improbi v.7. verus DEI cultor ob varias, quibuscumque conflatur, vitæ hujus ærumnas, deficientem animi vigorem experitur, corpus sensim sensimque tabescit & tandem penitus consumitur.

Ita enim *חלל* præter simplicem finiendi seu absolvendi significationem, notat *deficere*, uti deficit *oculus* ex fletu nimio Thren. 2. 11. aut circumsp. ctione nimis attentata, in DEI sive auxiliium Ps. 69. 4. sive verbum Ps. 119. 82. Similiter *animum* divinis inten-

29.

27.

26.

25.

23.

5.

10. 2.

11. 1.

12. 0.

19.

13.

14.

15.

16.

intentus deficit ex ardentissimo desiderio Ps. 84, 3. Inde designat tabescendo *absumere*, ut libidinosus carnem perdit Prov. 5, 11. ut gramen virorem amittit Ies. 15, 6. Significat etiam *evanescere*, ut *nebula* Jobi 7, 9. à radiis solaribus facillimè discorsa Sap. 2, 3. ut *nubes*, quas et si gravidas gito arctoi boreæ dissipat impetus; ut *fumus* Ps. 37, 20. Ps. 102, 4. à vento facillè diffusus Sap. 5, 25. aut ut ipsa *hominum vita*, ex ira DEI Ps. 90, 7. præ mœrore hominum. Ps. 31, 11. celerrimè evanescens. Infert interdum *consumtionem* hostium Ps. 18, 38. Pl. 71, 13. utpote Syrorum 1. Reg. 22, 11. Amalekitarum 1. Sam. 15, 18. Gibeonitarum 2. Sam. 21, 5. Israelitarum Jer. 5, 3. c. 9, 5. Thren. 2, 22. Ezech. 22, 31. qualem DEUS iis erat comminatus Exod. 33, 5. Jos. 24, 20. Atque ita sæpe denotat *penitus extirpare*, planè corrumpere & è medio tollere: quale supplicium Cananæis 2. Reg. 13, 17, 2. Paral. 8, 8. omnibusqve impiis Ps. 59, 14. paratum. Conf. *M. Georg. Cruciger in harmonia lingg. cardinal.* Pii verò non tantùm in proventa ætate vitium suarum imminutionem, defectum, absumtionem, evanescentiam & omnimodam consumtionem experiuntur, eoque nomine DEUM in subsidium vocant Ps. 71, 9; sed & quocunqve vitæ tempore confictum manus Domini Ps. 39, 12. gravissimè Ps. 32, 4. fide quidem sustinent, suam tamen imbecillitatem, & cum maximè fidei viriumqve spiritualium, tum corporis quoqve ac naturalium facultatum defectum intelligunt dignèqve æstimant. Facit huc corporis egestas, nuditas, peculiaris fidelium calamitas, amicorum perfidia, inimicorum insidiosa, hostium publica afflictio. Rectè igitur כלה transulit *Lutherus* per *verschmachten* / *Chaldeus* per נִצְוָה quod perdere, consumere notat: *Syrus* per

quod perficere & plenè consumere significat: *Ethiops* אֲחִיבִּיבִי quod aliis est divisit, ipsi deficit, consumtus fuit. Idemqve expresserunt LXX. voce ἐκλείπω quam sæpe de mortuis adhibuerunt Gen. 49, 33. Ps. 18, 38. Ps. 104, 29. quos etiam Plato vocat ἐκλείποντας. Non præ mœrore, sed desiderio deficiendi significationem eligit *R. Sal. Jacobi* inqviens: כלה שארי נפשי בשרי ולבבי לך כלה שארי לשון תאוה כמו כלה נפשי לישועתך *Desiderat caro & cor meum te, nam כלה notat desiderare uti Ps. 119, 82.* Consentit *Aretius Felinus* loco supra citato, dum ait:

29.

27.

26.

25.

ait: defecit Caro & cor meum subaudi. pra nimio desiderio DEI, ut  
 fit simile Ps. 84. 3. Sed בְּיָרוּשָׁה וְרִיחַ בְּיָרוּשָׁה הוֹדוּ contrarium  
 ostendit oppositio felicitatis impiorum v. 7. & fortunæ adversæ  
 piorum, v. 11. 14. 22. assertæ. Locus Ps. 119. 82. à Raschi inconve-  
 nienter adductus, propter v. 83. pro nobis facit; nostro autem  
 profus non respondet locus Ps. 84. 3. à Felino allegatus, quia  
 gratissimum ibi objectum animæ præ desiderio deficientis re-  
 censeatur, hic non item. Ut ne silentio involvamus, dudum ab  
 eruditioribus observatum esse, locutioni huic deesse particulam  
 conditionalem si, utur, quamvis aut similem. Ita B. Lutherus:

**Wann mir gleich Leib und Seel verschmache.** Consentit

רוּחַ atque רֶשֶׁת voce כְּשִׂיכֻלָּה. Similem conditionalis  
 particula defectum agnoscunt Literati in Gen. 42. 38. Lev. 10. 19:  
 Deut. 30. 8. 2. Reg. 5. 13. Pl. 39. 12. Pl. 40. 6. Pl. 46. 4. 7. Pl. 68. 2. Pl. 72. 16.  
 Pl. 91. 7. Pl. 139. 17. Prov. 1. 5. aliisq; Scripturæ locis.

XVI. Corpus vocat רֶשֶׁת אֶרְשֶׁת reliquus, residuus fuit.

Notat ea vox quamcunq; *ernem*, quæ est reliqua pars animalis  
 post animam, dicente D. Förstero. Suum verò corpus nomi-  
 nat Asaph habitâ ratione potiori afflictionis propriæ, apud fi-  
 deles hic gravioris; quam alienæ, apud improbos isthic & ra-  
 rioris & levioris. Quin & suam cuiq; fideli calamitatem di-  
 vinitus assignatam docet, eidemq; peculiare fiducia robur  
 opponendum rectè monet.

Adhibetur רֶשֶׁת primùm de carne viva, animæ contradi-  
 stincta, utpote corpore humano, quod confundit libidinosus  
 Prov. 5. 11. affligit avarus c. 11. 17. depascit tyrannus Mich. 3. 2. 3:  
 Jer. 51. 25. Inde etiam designat *costam* aut coqvendam brutorum  
 carnem, alimento hominum inservientem Exod. 21. 10. qualem  
 Israëlitis in deserto DEUS dedit Pl. 78. 29. 26. Refertur postmo-  
 dum *metavopias* tropo ad *propinquos* necessitate sanguinis jun-  
 ctos, velut unum trahentes sanguinem, aut ex eadem carne pro-  
 gnatos: & sic cum viva carne ipsam simul animam denotat Lev.  
 18. 6. 12. 13. c. 20. 19. c. 21. 2. c. 25. 49. In nostro autem loco רֶשֶׁת pri-  
 mam propriamq; significationem retinet, notatq; corpus hu-  
 manum, quod quamvis non contaminet atq; perdat libidinis,  
 avaritiæ

10. 22.

11. 21.

12. 0.

19.

13.

14.

15.

16.

avaritiæ aut tyrannidis malum, ob adhzrentem tamen peccati labem gravissimis est expositum periculis, subitaneis corruptionibus, intensissimis doloribus, diuturnis morbis & mille mortis generibus.

XVII. Afflictionem magis auget membri in humano corpore præcipui peculiaris designatio. *Cordis enim sigillatim mentionem injicit, tanquam præcipua corporis humani partia, vel carnis nobilissima, animæq; sedis primaria: quæ juxta Philosophos est primum vivens & ultimum moriens, quæ a deficiente vel tabescente, deficit tabescitq; totus homo, ut accuratè loquitur D. Gejerus Tom. I. in Pl. p. 1495.*

XVIII. Nunc oppositum afflictioni præsidium DEI firmissimum contemplabimur. Id primum voce רצפ exprimit Divinus Vates. Notat autem רצפ propriè rupem fortissimam seu terram ex lapidibus arctissimò naturæ nexu velut colligatam, probè fundatam, præ alia eminentem Ps 27. 5. Ps 61. 3. naturâ munitam, adeoq; propugnaculo adversus incursionses, fossas atqve expugnationes hostium aptissimam. Transferitur postea elegantî metaphora ad omne id, cui velut petræ inaccessiblei & arci inexpugnabili tutò licet confidere, quod nulla novercantis fortunæ aut hostium oppugnantium vis potest expugnare.

Lutherus in prima translatione optimè reddit Hort / quasi hoher Ort / ein fester und wolvermahnter Ort. Postea transtulit Frost, redundantem ex rupis in habitatione fructum præcipuum respiciens, consolationem cordis: uti Chaldaus probationem & confirmationem ejus; quam posteriorem etiam Syrus expressit. LXX. Interpretes, hosque secuti Arabs, Æthiops, & Vulgatus Latinus vocem רצפ reddiderunt Deus, debitam nec rei, nec verborum curam habentes.

XIX. Nec rupem tantùm dicit Deum, sed cordis sui rupem: id enim adjecta, fiducia plena, vox רצפ indicat. Cordis debilitationi animiq; deliquio suo opponit solidam eminentemq; petram ac arcem divinam: huc afflicta avis fugitivis fidei speiq; alis iter dirigit Prov 18. 10. hic divino sub præsidio tutissimè latet. hic verum cordi gaudium nascitur, hic efficacissima in Christo consolatio, vita ex & in DEO, salusq; æternùm duratura obtinetur.

Notat



sibi junguntur; sæpe  $\rho\eta\eta$  de convivali parte adhibetur. Si itaque respiciamus *partem hereditariam*, nihil est æquè proprium atque charum, quàm bona hereditariò accepta: nihil majori diligentia custoditur, ac custoditum majori gaudiò possidetur. Fideles DEI filii & hæredes Deum sibi velut proprium tenent Gal. 2, 20. summâ in fide diligentia retinere, possessioque tantò bonò maximè gaudere student. Hereditaria bona non nisi post fata Parentis obtingere debent liberis; ista verò celestis hereditatis portio cum perenni DEI vita manet conjuncta, fataque nobis beatissima largitur. Si *convivalem partem* conferamus, licebat olim conviva demensò hilariter uti, festum corpus reficere & pro beneplacito in suos transferre usus. DEUS est fidelium portio verè jucunda, omnibus mundi delitiis longissimè præferenda, corpus animumque potenter conservans, gratiosè exhilarans æternumque reficiens. Quæ latissima ditissimaque hereditatis div: portio omnes fideles DEI filios ac hæredes, Christi cohæredes manet, ut DEO omnia in omnibus futuro frui possint. *Felicem igitur & hic, imò felicissimum dixeris eum, cui portio DEUS est, quia totius nature possessor est; esse videlicet totus quidam cum DOMINO Dominus, dicente D. Ambrosio in Ps. 119.*

XXI. DEUS enim Trinunus est, quem nomine firmissima petra ditissimaque; portionis celebrat Psalter: id quod additò nomine  $\rho\eta\eta$  docere instituit. In cujus rationem cum aliàs sæpe multumque inquisiverint eruditi, præstat hic silere, quàm adductis paucioribus tantæ rei dignitatem ne ulla quidem ex parte attingere. Istud monuisse sufficere, DEUM Patrem atque Spiritum S. *petram* dici Deut. 32, 4. Ps. 18, 3, 32. Ps. 27, 5. Pl. 31, 3. Pl. 42, 10. ob sui sublimitatem & fortitudinem; nostri securitatem & occultationem: *partem* verò Ps. 142, 6. Jerem. 10, 16. c. 51, 19. Thren. 3, 24. tam hereditatis, quàm convivii celestis. De DEI Filio Christoque fratre facile constat, quòd firmissima salutis nostræ *petra* Ps. 118, 22. Jer. 8, 12. c. 28 16. Dan. 2, 34. Zach. 3, 9. Matth. 7, 24. c. 16, 18. 1. Cor. 3, 11. c. 10 4 1. Petr. 2, 7. & cum omnibus suis beneficiis 1. Cor. 1, 30. optima celestis hereditatis *pars* sit.

Opti-

Optimè *Ambrosius* l. 5. de *Virginitate*: *Omnia nobis JESUS, si vulnus curare desideras, Medicus est: si febribus aestuas, fons est: si gravaris iniquitate, justitia est: si auxilio indiges, virtus est: si mortem times, vita est: si cælum desideras, via est: si tenebras fugis, lux est.* Vocem צור *R. Moses bar Majemon מורה נבוכים lib. 1. c. 16.* ex *Jes. 51. 1.* exponit de origine seu vena, unde lapides exciendantur, quòd DEUS omnium rerum causa & principium sit. Quod quanquam de DEO verissimum sit, tamen denominationem צור eidem non tribuit, ut ex locis modò adductis patet. Graviùs hallucinatur רוק in expositione חלקי inveniens: וחלקי שהוא חלק אלהים יהיה קיים לעולם. Et portio mea, quæ est portio divina, permanebit in æternum, conf.

*Psal. 45. 7.*: quem more suo sequitur רשנב. Quæ ellipsi non necessariâ subjeçti naturam invertunt & prædicati partem constituunt: loco quinti casûs secundum in אלהים eligunt, ut DEUS non dicatur portio, sed ista tantùm à DEO profecta sit. Confundunt materialem cum efficiente causa. Locus *Psal. 45. 7.* eodem quinto casu vocem אלהים continet, ut contra *Grotium* judaizantem demonstravit *D. Calov. T. I. Bibl. illustr. pag. 104. b. seqq.*

XXII. Omnes felicitatis terrenæ numeros longissimè superat ista portio optima, eò etiam nomine, quòd sine ullo fine æternùm duratura sit. Quod momentum longè gravissimum voce לעולם urget Vates divinissimus. Non tantùm per omnes ætatum mundi vices, per singula humanæ vitæ intervalla, in infantia *Jon. 4. 11.* juventute *Sap. 4. 11.* iusta ætate *1. Cor. 13. 11.* in primis gravissimâ senectute *Pf. 71. 8. 18. Jes. 46. 4* & ipsa morte *Jes. 54. 10.* conspicua, per quascunqve temporis cujusque periodos ista à fideli possidetur portio; sed & in secula nunquam terminanda, omni humanæ mentis sagacitati impervestigabilia, possessio tanti boni quietissima, latissima & verè beatifica est sine interruptione ulla ex voto continuanda.

Con-

29.

27.

10. 2.

11. 1.

12. 0.

19.

13.

14.

15.

16.

Concludimus verbis ab Augustissimo Hipponensium Præ-  
fule, morti vicino, durante urbis obsidione juxta Baron. ad A. C.  
430. prolatis: *DOMINE, non excrucior propter  
aurum & argentum, ubi enim omnia mea  
sunt, tu scis, tu pars mea es, & portio  
in terra viventium!*


||  
DNN


**N**uminis æterni sancto qui flagrat amore,  
In solo poterit Numine habere bona,  
Quanta cupit, totus quæ natiqvam sustinet orbis,  
Nec spatiosa tenet machina celsa poli.  
Asaphi quicunqve legunt vestigia, certa  
Vivificæ fidei dant documenta pii,  
Hæc pia cura tuum tetigit, *Doctissime Mayner!*  
Rite animùm: vitæ comprobat usus eam.  
*ABRAHAM CALOVIIUS, D.*

**M**ortem transixam divini vulnere amoris  
Mortali quicunq; gerunt in corpore, vilem  
certam ducunt, hic quam tenuere, salutem;  
præciter gemitus inò de pectore ducunt,  
e bonum, teneant dum, semper anhelant.  
vit in exemplum cunctis memorabile, seclis  
*Jesseus Vates: cujus dum lyrica pleetra  
Rite moves, Fautor, tibi candida quæq; precamur.*  
*JOHANNES ANDREAS QVENSTEDT, D.*

**P**ræfulis illa fluunt Mediolanensis ab ore  
Dulcia verba piis, nectar ut ambrosium:  
Cum bona non teneam, videor mihi cuncta tenere,  
CHRISTUM dum firmâ speq; fideq; colo.  
Iste *Cibus* vitæ jejunia tristia pellit,  
Atqve suam vitæ mystica sistit *Aqua*.  
Noctis atræ tenebras *Lumen* dispergit idipsum,  
Nudos *Veste* suâ justitiâq; tegit.  
Ista *DEUM*q; canit Divini Flaminis aurâ  
Motus Asaph: hujus pendet ab ore pius.  
Hujus pressa legit vestigia: *Fautor amande,*  
Obsequii promti gloria te maneat!

PRÆSES.





Eodem modo CHRISTUM multa excepit turba  
in eum intenti erant.

9. Ex hoc duo apparent. *Primo*, quod  
nullibi localem inclusionem in Nov. Testam. si-  
sonæ exceptionem honorificam, quā obedienti-  
notet. *Secundo*, quod verba דנקבלון רנכרון  
oportet cælos ut (tanquam Dominum suum)  
cui etiam obediant, nihil servile, sed majesticum  
indigent. Adeoque: quod Græcus Textus, (in  
bis Dn. Tarnovii in Exercit. Bibl. p. 1170. edit.  
quā nostris dicere) *avibenticus* dicat, quid  
oet quod in sui exaltatione secundum humanam  
ad dextram Patris occupavit cælestis regnum &  
nium dominium: Syris interpretis contrariū ponat  
& quomodo se gesserit, videlicet cum magna pro  
Dominum suum excepit. Ibi notatur majestatis  
triumphantis: hic obsequium & reverentia crea-  
mè verò obsequium hoc cælo tribui, vide probat  
Dn. Tarnovium.

10. Et quis ex istis nunc ita argumentari vel  
& cum obedientia CHRISTUM ut Dominum f  
promptè obedit, Ergò localiter eum incluit. Ap-  
di artem! Manet ergò, quod pro nostra, non ve-  
stet Syra, quod demonstrandum. Et hæc explica-  
conveniet, de quo vide B. Menzer. l. d. p. 102.

#### QVÆSTIO IV.

An particula כ ל ב semper ה demonstrat  
ejusq. Punctum assumant

1. Verissimum quidem est, quod כ ל ב  
strativum & Emphaticum, idque דקראר  
gravitatem lectionis, dicente Kimchi in Michlol,  
steristico quandoque, ut Bellarmino plura suggera-  
phil id fieri asserimus, dicitur enim ללין pro לון  
לשמר ad dependendum Es. 23, 11. בעטף in ob-  
Thren. 2, 11. בעיר in evigilando pro בהעיר Psalm  
petuum hoc esse negamus, exemplis contrariis me-

nes enim

n directè

vod per-

ratur,

77 quem

cipian;

modum

ac ver-

o 1627.

videli-

llatione

plena-

fecerit;

istum.

Domini

. Opti-

o apud

romptè

vel illi

luden-

parte;

optimè

ant

ant

emon-

propter

chara-


& Hi-

adam,

בהעט

n per-

Dici-



32  
34  
5